

Secreta

Sacrificiis præsentibus, Domine, quæsumus, intende placatus: ut et devotioni nostræ proficiant, et saluti. Per Dóminum nostrum...

Communio (Ps. 5, 2-4)

Intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ, Rex meus, et Deus meus: quoniam ad te orabo, Domine.

Postcommunio

Supplices te rogamus, omnipotens Deus: ut, quos tuis reficis sacramentis, tibi etiam placitis moribus dignanter deservire concedas. Per Dominum nostrum...

Orazione sulle offerte


Riguarda, o Signore, con occhio placato, al presente sacrificio, affinché giovi alla nostra devozione e salute. Per il nostro Signore...

Ant. alla Comunione

Ascolta le mie grida: sii attento alla voce della mia orazione, o mio Re e mio Dio: poiché a te volgesi la mia preghiera, o Signore.

Orazione

Supplici ti preghiamo, Onnipotente Dio, affinché a quelli che tu ristori coi tuoi Sacramenti conceda anche di servirti con una condotta a te gradita. Per il nostro Signore...



Suore Francescane dell'Immacolata
Monastero delle Murate - Città di Castello (PG)

Dominica II Quadragesimæ

Introitus (Ps. 24, 6 et 3 et 22).

Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiæ tuæ, quæ a sæculo sunt: ne unquam dominantur nobis inimici nostri: libera nos, Deus Israël, ex omnibus angustiis nostris. Ps. 24, 1-2. Ad te, Domine, levavi animam meam, Deus meus, in te confido, non erubescam. V. Glória Patri...

Oratio

Deus, qui conspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi; ut ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dóminum nostrum...

Lectio Epistolæ B. Pauli Ap. ad Thessalonicenses, I, 4, 1-7

Fratres: Rogamus vos, et obsecramus in Domino Iesu, ut, quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare et placere Deo, sic et ambuletis, ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta de-

Introito

Rammentati, o Signore, delle tue misericordie e della tua bontà eterna: mai trionfino su di noi i nostri nemici: liberaci, o Dio d'Israele, da tutte le nostre tribolazioni. Sal. Sollevai l'animo mio verso di te, o Signore; confido in te, Dio mio; che io non resti confuso. V. Gloria al Padre...

Orazione

O Dio, tu che ci vedi privi di ogni forza, custodiscici all'interno e all'esterno, affinché da ogni avversità siamo liberi nel corpo e da ogni cattivo pensiero mondati nella mente. Per nostro Signore...

Lettera di San Paolo Apostolo ai Tessalonesi

Fratelli, vi preghiamo e supplichiamo nel Signore Gesù: avete appreso da noi come comportarvi in modo da piacere a Dio, e così già vi comportate; cercate di agire sempre così per distinguervi ancora di più.

derim vobis per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possedere in sanctificatione, et honore; non in passione desiderii, sicut et gentes, quæ ignorant Deum: et ne quis supergrediatur, neque circumveniat, in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, et testificati sumus. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem: in Christo Iesu Domino nostro.

Graduale (Ps. 24, 17-18)

Tribulationes cordis mei dilatatae sunt: de necessitatibus meis eripe me, Domine. *℣.* Vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.

Tractus (Ps. 150, 1-4)

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. *℣.* Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes eius? *℣.* Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt iustitiam in omni tempore. *℣.* Memento nostri, Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.

Voi conoscete infatti quali norme vi abbiamo dato da parte del Signore Gesù. Perché questa è la volontà di Dio, la vostra santificazione: che vi asteniate dalla impudicizia, che ciascuno sappia mantenere il proprio corpo con santità e rispetto, non come oggetto di passioni e libidine, come i pagani che non conoscono Dio; che nessuno offenda e inganni in questa materia il proprio fratello, perché il Signore è vindice di tutte queste cose, come già vi abbiamo detto e attestato. Dio non ci ha chiamati all'impurità, ma alla santificazione.

Graduale

Le tribolazioni del mio cuore si sono moltiplicate: liberami, o Signore, dalle mie angustie. *℣.* Riguarda la mia umiliazione e le mie pene, e perdona tutti i miei peccati.

Tratto

Date lode al Signore, perché egli è buono: perché la sua misericordia dura in eterno. *℣.* Chi potrà narrare le potenti opere del Signore? o far sentire tutte le sue lodi? *℣.* Beati quelli che osservano la rettitudine, e praticano in ogni tempo la giustizia. *℣.* Ricordati di noi, o Signore, nella tua benevolenza verso il tuo popolo; vieni a visitarci colla tua salvezza.

Sequência S. Evangélii secundum Matthaeum, 17, 1-9

In illo tempore: Assumpsit Iesus, Petrum, et Iacobum, et Ioannem fratrem eius, et duxit illos in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses et Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: «Domine, Bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, et Eliae unum». Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: «Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite». Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, et timuerunt valde. Et accessit Iesus, et tetigit eos, dixitque eis: «Surgite, et nolite timere». Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem donec Filius hominis a mortuis resurgat.

Offertorium (Ps. 118, 47-48)

Meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi valde: et levabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.

Sequenza del Santo Vangelo secondo Matteo

In quel tempo Gesù prese con sé Pietro, Giacomo e Giovanni suo fratello e li condusse in disparte, su un alto monte. E fu trasfigurato davanti a loro; il suo volto brillò come il sole e le sue vesti divennero candide come la luce. Ed ecco apparvero loro Mosè ed Elia, che conversavano con lui. Pietro prese allora la parola e disse a Gesù: «Signore, è bello per noi restare qui; se vuoi, farò qui tre tende, una per te, una per Mosè e una per Elia». Egli stava ancora parlando quando una nuvola luminosa li avvolse con la sua ombra. Ed ecco una voce che diceva: «Questi è il Figlio mio prediletto, nel quale mi sono compiaciuto. Ascoltatelo». All'udire ciò, i discepoli caddero con la faccia a terra e furono presi da grande timore. Ma Gesù si avvicinò e, toccateli, disse: «Alzatevi e non temete». Sollevando gli occhi non videro più nessuno, se non Gesù solo. E mentre discendevano dal monte, Gesù ordinò loro: «Non parlate a nessuno di questa visione, finché il Figlio dell'uomo non sia risorto dai morti».

Offertorio

Mediterò i tuoi precetti che ho amato tanto: e metterò mano ai tuoi comandamenti che ho amato.